Conſolamini, conſolamini populum meum, dicit De°. 1 2 (a) Sacerdotes loquimini ad cor Hieruſalem, conſolamini eam : quia repleta eſt humilitas ejus; ſolutum eſt peccatum illius: quia recepit de manu Domini duplicia peccata ſua. 3 Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini: rectas facite ſemitas Dei noſtri. 4 Omnis vallis implebitur: & omnis mons et collis humiliabitur: & erunt omnia prava in *directā: & aſpera in campos. 5 Et apparebit gloria Domini : & videbit omnis caro ſalutare Dei : quia Dominus loquutus eſt. 6 Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis, quaſi flos fœni. 7 Aruit fœnum, & flos (b) cecidit: 8 Verbum autem Dei noſtri manet in ſempiternum. 9 Super montem excelſum aſcende, qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hieruſalem: exaltate, nolite timere: dic civitatibus Juda; Ecce Deus veſter, 10 Ecce Dominus. Dominus cum virtute venit, & brachium cum dominatione. Ecce merces ejus cum eo, & opus in conſpectu illius. 11 Sicut paſtor paſcet gregem ſuum, & brachio ſuo congregabit agnos, & prægnantes conſolabitur. 12 Quis menſus eſt manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo? Quis ſtatuit montes pondere, et rupes ſtateræ? 13 Quis cognovit mentem Domini; aut quis conſiliarius ejus fuit, qui doceat eum? 14 Aut cum quo conſilium iniit, et inſtruxit illum? Vel quis oſtendit ei judicium? vel viam intelligentiæ quis (c) oſtendit illi? 15 Si omnes gentes, ſicut ſtilla de ſitula, et quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, quaſi ſaliva reputabuntur?

MS.A. (α) κύριος. (β) τὰ σκολιὰ (γ) ὁδοὺς λείας. (δ) κύριος μετὰ ἰσχύος (ε) αὐτοῦ (ζ) σύμβουλος αὐτοῦ (η) συμβιβάσει (θ) ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; Εἰ (ι) καὶ ὡσεὶ * ἔλαιον

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

7 וּמִבְּנָךְ דְּיִפְּקוּן מִנָּךְ דְּתוֹלִיד יְדַבְּרוּן וִיהוֹן רַבְרְבִין בְּהֵיכְלָא מַלְכָּא דְּבָבֶל: וַאֲמַר חִזְקִיָּה
8 לִישַׁעְיָה תַּקִּין פִּתְגָּמָא דַּייָ דְּמַלֵּלְתָּא וַאֲמַר אֲרֵי יְהֵי שְׁלָם וּקְשׁוֹט בְּיוֹמָי:

ל

1 נְבִיַּיָּא אִתְנַבִּיאוּ תַּנְחוּמִין עַל עַמִּי אֲמַר אֱלָהֲכוֹן: מַלִּילוּ עַל לִבָּא דִּירוּשְׁלֵם וְאִתְנַבּוּ עֲלַהּ
2 אֲרֵי עֲתִידָא דְּתִתְמְלֵי מֵעַם גָּלְוָתְהָא אֲרֵי אִשְׁתְּבִיקוּ לַהּ חוֹבְהָא אֲרֵי קַבִּילַת כָּס תַּנְחוּמִין
מִן קֳדָם יְיָ כְּאִלּוּ לְקַת עַל חַד תְּרֵין בְּכָל חַטָּאתְהָא: קָל דִּמְכַלֵּי בְּמַדְבְּרָא פַּנּוּ אוֹרַח מִן 3
קֳדָם עַמָּא דַּייָ כְּבִישׁוּ בְּמֵישְׁרָא כְּבִשִׁין קֳדָם כְּנִשְׁתָּא דֶּאֱלָהָנָא: כָּל חֵילַיָּא יִתְרָמוּן וְכָל 4
טוּר וְרָמָא יִמְאֲכוּן וִיהֵי כִּפְלָא לְמֵישְׁרָא וּבֵית גְּדוּדִין לְבִקְעָה: וְיִתְגְּלֵי יְקָרָא דַּייָ וְיֶחֱזוּן 5
כָּל בְּנֵי בִסְרָא כַּחֲדָא אֲרֵי בְּמֵימְרָא דַּייָ גְּזַר כֵּן: קָל דְּאָמַר אִתְנַבֵּי וּמְתִיב וַאֲמַר מָה אֶתְנַבֵּי 6
כָּל רַשִׁיעַיָּא כְּעִסְבָּא וְכָל תּוֹקְפְּהוֹן כְּמוֹצָא דַּחֲקָלָא: יְבֵשׁ עִסְבָּא נְתַר נֵצֵיהּ אֲרֵי רוּחָא מִן 7
קֳדָם יְיָ נְשַׁבַת בֵּיהּ בְּכֵן כְּעִסְבָּא חֲשִׁיבִין רַשִׁיעַיָּא בְּעַמָּא: מִית רַשִׁיעָא אֲבַדוּ עֶשְׁתּוֹנוֹהִי 8
וּפִתְגָּמָא דֶּאֱלָהָנָא קַיָּם לְעָלְמִין: עַל טוּר רָם סַקוּ לְכוֹן נְבִיַּיָּא דִּי מְבַסְּרִין לְצִיּוֹן אֲרִימוּ 9
בְּחֵילָא קָלְכוֹן דִּי מְבַסְּרִין לִירוּשְׁלֵם אֲרִימוּ לָא תִדְחֲלוּן אֲמָרוּ לְקִרְוַיָּא דְּבֵית יְהוּדָה
אִתְגְּלִיאַת מַלְכוּתָא דֶּאֱלָהֲכוֹן: הָא יְיָ אֱלֹהִים בִּתְקוֹף מִתְגְּלֵי וּתְקוֹף דְּרָע גְּבוּרְתֵּיהּ שַׁלְטָא 10
קֳדָמוֹהִי הָא אַגַר עָבְדֵי מֵימְרֵיהּ עִמֵּיהּ דְּכָל עוֹבָדֵיהוֹן גְּלַן קֳדָמוֹהִי: כְּרָעְיָא דְּעֶדְרֵיהּ רָעֵי 11
בִּדְרָעֵיהּ מְכַנֵּישׁ אִמְּרִין וּבְחֵינֵיהּ מְסוֹבַר רַכִּיכִין מֵינִיקָתָא בְּנִיחַ מְדַבַּר: מַן אֲמַר אִלֵּין 12
קַיֵּם אֲמַר וַעֲבֵיד דְּכָל מֵי עָלְמָא חֲשִׁיבִין קֳדָמוֹהִי כְּטִפָּא בְּשׁוּעֳלָא וּמְשַׁחַת שְׁמַיָּא כְּאִלּוּ
בְּזַרְתָּא מְתַקְּנִין וַעֲפַר אַרְעָא כְּאִלּוּ בִּמְכִילָא אִתְּכַל וְטוּרַיָּא כְּאִלּוּ מִתְקַל תִּקְלִין
וְרָמָתָא כְּבַר בְּמוֹזַנְיָא: מַן תַּקִּין יָת רוּחַ קוּדְשָׁא בְּפוּם כָּל נְבִיַּיָּא הֲלָא יְיָ וְצַדִּיקַיָּא עָבְדֵי 13
מֵימְרֵיהּ פִּתְגָּמֵי רְעוּתֵיהּ הוֹדְעִנּוּן: לְהוֹן דְּבָעוֹ מִן קֳדָמוֹהִי אַסְבַּר חוּכְמָא וְאַלְּפִנּוּן אוֹרַח 14
דִּין וִיהַב לִבְנֵיהוֹן אוֹרָיְתָא וְאוֹרַח דְּסוּכְלְתָנוּ לִבְנֵי בְנֵיהוֹן הוֹדְעִנּוּן: הָא עַמְמַיָּא כְּטִפָּא 15
מִדְּוּל וּבְעִיל מוֹזַנְיָא חֲשִׁיבִין הָא נַגְוָתָא כְּדוּקָא דְּפָרַח:

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

Et de filiis tuis qui exibunt ex te, quos genueris, tollent; & erunt nutriti 7 in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Eſaiam: Rectum eſt verbū 8 Dñi quod locutus es: & dixit, Quia erit pax & veritas in diebus meis.

CAP. XL.

Prophetæ prophetate conſolationes ſuper populū meum, dicit De° veſter. 1 Loquimini ad cor Jeruſalem, & prophetate ſuper eam; quia futurum eſt ut 2 impleatur populo tranſmigrationis *ejus*, quia dimittentur ei peccata ſua, quia ſuſcepit calicem conſolationū à facie Dñi, ac ſi percuſſa eſſet dupliciter pro omnib° peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto, Parate viam *coram* 3 *populo Domini*, ſternite in campeſtri planitie vias corā cœtu Dei noſtri. Oēs 4 valles elevabuntur, & omnis mons & collis humiliabuntur; & erunt ardua in planitiē, & aſpera in campum planum. Et revelabitur gloria Dñi, & vi- 5 debunt omnes filii carnis ſimul, quia in verbo Dñi decretū eſt ita. Vox di- 6 centis, Prophetiza : & reſpondit & ait, Quid prophetabo? omnes impii ſunt ſicut herba, & omnis fortitudo eorū ſicut ſtipula agri. Areſcit herba & 7 marceſcit flos ejus, quia ſpirit° à facie Dñi ſufflavit in eū: utiq; ſicut herba exiſtimati ſunt impii populi. Mortu° eſt impi°, & perierunt cogitationes 8 ej°. Verbū autē Dei noſtri manet in æternū. Super montē excelſum aſcen- 9 dite vos Prophetæ qui evangelizatis Sion: extollite in fortitudine vocem veſtram, qui evangelizatis Jeruſalem; extollite, ne timeatis : dicite urbibus domus Judæ, Revelatum eſt regnū Dei veſtri. Ecce Dñs De° in fortitudine 10 revelatur, & fortitudo brachii potentiæ ſuæ dominatur corā eo: ecce merces facientibus verbum ej° cum eo, quia omnia opera eorū manifeſta ſunt coram eo. Sicut paſtor qui paſcit gregem ſuum, & in brachio ſuo congregat 11 agnos, & in ſinu ſuo portat teneros; fœtas leniter ducit. Qui dixit hæc, 12 confirmavit ea : & dixit, & fecit; ante cuj° conſpectum omnes aquæ ſeculi habentur quaſi gutta in pugillo, & menſura cœlorum, ac ſi præparati eſſent palmo; & pulvis terræ, ac ſi menſuratus eſſet in menſura; & montes, ac ſi eſſent ponderati in pondere; & colles, ac ſi eſſent in ſtateris. Quis direxit 13 ſpiritū ſanctū in ore omniū prophetarū? Nónne Dñs? & juſti faciunt verbū ejus, quib° oſtendit verba voluntatis ſuæ. Qui à facie *ej°* quæſierunt, intelli- 14 gere faciā eos ſapientiā; & docebo eos viā judicii. Et dedit filiis eorū legē, & viā intelligētiæ filiis filiorū eorū oſtendit. Ecce populi quaſi gutta ſitulæ, 15 & quaſi momentū bilancis reputati ſūt: ecce inſulæ quaſi favilla quæ volat.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7 * ܘܡܢ ܒܢܝ̈ܟ ܕܢܦܩܘܢ ܡܢܟ ܕܐܘܠܕܬ ܢܕܒܪܘܢ. ܘܢܗܘܘܢ ܡܗܝܡܢܐ ܒܗܝܟܠܗ
8 ܕܡܠܟܐ ܕܒܒܠ. * ܘܐܡܪ ܚܙܩܝܐ ܠܐܫܥܝܐ. ܫܦܝܪܐ ܗܝ ܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܕܡܠܠܬ. ܢܗܘܐ
ܫܠܡܐ ܘܩܘܫܬܐ ܒܝܘܡܝ.
1 * ܩܦܠܐܘܢ * ܡ * ܒܝܐܘ ܒܝܐܘ. ܠܥܡܝ
2 ܐܡܪ ܐܠܗܟܘܢ. * ܡܠܠܘ ܥܠ ܠܒܗ ܕܐܘܪܫܠܡ. ܘܩܪܘ ܠܗ. ܕܡܠܐ ܚܝܠܗ. ܘܐܬܪܥܝܬ
3 ܚܛܝܬܗ. ܘܩܒܠܬ ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܡܪܝܐ ܐܥܦܐ ܥܠ ܟܠܗܝܢ ܚܛܗ̈ܝܗ. * ܩܠܐ ܕܩܪܐ ܒܡܕܒܪܐ.
4 ܛܝܒܘ ܐܘܪܚܐ ܕܡܪܝܐ. ܘܐܬܪܨܘ ܒܦܩܥܬܐ ܫܒܝ̈ܠܐ ܠܐܠܗܢ. * ܟܠܗܘܢ ܢܚ̈ܠܐ ܢܬܡܠܘܢ.
ܘܟܠܗܘܢ ܛܘܪ̈ܐ ܘܪ̈ܡܬܐ ܢܬܡܟܟܘܢ. ܘܢܗܘܐ ܥܪܡܐ ܠܡܫܪܐ. ܘܐܬܪܐ ܥܣܩܐ ܠܦܩܥܬܐ.
5 * ܘܢܬܓܠܐ ܫܘܒܚܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܢܚܙܘܢܗ ܟܠ ܒܣܪ ܐܟܚܕܐ. ܡܛܠ ܕܦܘܡܗ ܕܡܪܝܐ ܡܠܠ.
6 * ܩܠܐ ܕܐܡܪ. ܩܪܝ. ܘܐܡܪ. ܡܢܐ ܐܩܪܐ. ܟܠ ܒܣܪ ܓܠܐ. ܘܟܠܗ ܫܘܦܪܗ ܐܝܟ ܗܘܒܐ
7 ܕܚܩܠܐ. * ܝܒܫ ܓܠܐ ܘܢܬܪ ܗܘܒܐ. ܡܛܠ ܕܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ ܢܫܒܬ ܒܗ. ܗܟܢܐ ܗܘ
8 ܓܠܗ ܕܥܡܐ ܗܢܐ. * ܝܒܫ ܓܠܐ ܢܬܪ ܗܘܒܐ. ܘܡܠܬܗ ܕܐܠܗܢ. ܡܩܝܡܐ
9 ܠܥܠܡ. * ܥܠ ܛܘܪܐ ܪܡܐ ܣܩܝ ܡܣܒܪܢܝܬܐ ܕܨܗܝܘܢ. ܐܪܝܡܝ ܒܚܝܠܐ ܩܠܟܝ
10 ܡܣܒܪܢܝܬܐ ܕܐܘܪܫܠܡ. ܐܪܝܡܝ ܘܠܐ ܬܕܚܠܝܢ. ܐܡܪܝ ܠܩܘܪ̈ܝܐ ܕܝܗܘܕܐ. ܗܐ ܐܠܗܟܘܢ. * ܗܐ
ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܥܘܫܢܐ ܐܬܐ. ܘܕܪܥܗ ܡܫܠܛܐ. ܗܐ ܐܓܪܗ ܥܡܗ. ܘܥܒܕܗ ܩܕܡܘܗܝ.
11 * ܐܝܟ ܪܥܝܐ ܕܪܥܐ ܡܪܥܝܬܗ. ܘܒܕܪܥܗ ܡܟܢܫ ܐܡܪ̈ܐ. ܘܒܥܘܒܗ ܫܩܠ. ܘܡܪ̈ܒܝܬܐ
12 ܡܕܒܪ. * ܡܢܘ ܟܠ ܡ̈ܝܐ ܒܫܥܠܗ. ܘܫܡܝܐ ܒܙܪܬܗ ܡܫܚ. ܘܥܦܪܐ ܕܐܪܥܐ ܒܟܝܠܬܐ ܟܠ.
13 ܘܛܘܪ̈ܐ ܒܡܬܩܠܐ ܐܪܡܝ ܘܪ̈ܡܬܐ ܒܡܣܐܬܐ. * ܡܢܘ ܬܩܢ ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ. ܐܘ ܡܢܘ ܗܘܐ
14 ܠܗ ܡܠܘܟܐ. * ܥܡ ܡܢ ܐܬܡܠܟ ܘܐܠܦܗ. ܘܐܚܘܝܗ ܐܘܪܚܐ ܕܕܝܢܐ. ܘܐܠܦܗ
15 ܝܕܥܬܐ. ܘܐܘܪܚܐ ܕܣܘܟܠܐ ܐܚܘܝܗ. * ܗܐ ܥܡ̈ܡܐ ܐܝܟ ܛܘܦܬܐ ܡܢ ܩܕܣܐ. ܘܐܝܟ ܡܬܩܠܐ
ܕܡܣܐܬܐ. ܘܓܙܪ̈ܬܐ ܐܝܟ ܕܩܕܩܐ ܢܫܬܕܝܢ.

De filiis etiam tuis qui prodibunt ex te, quos 7 tu geniturus es, abducentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonici. Dixit Hezecia ad 8 Eſaiam, Optimus eſt ſermo Dñi, quem dixiſti, futuram pacem & veritatem in diebus meis.

CAP. XL.

Conſolamini, conſolamini populū meum, 1 dicit Deus veſter : Recreate animū Jeroſoly- 2 mæ, & clamitate ad eam: repleta eſt enim exercitu, oblectata eſt peccato, & accepit de manu Dñi duplum omniū peccatorū ſuorū. Vox 3 clamans in deſerto, Reſtituite viā Domino, & adæquate in ſolitudine ſemitas Deo noſtro. Omnes valles impleantur, omnes montes & 4 colles humilientur, tumidum vertatur in planum, & locus aſper in planitiem: Ut appareat 5 majeſtas Dñi, & videant eam omnis omninò caro; quandoquidem os Dñi locutū eſt. Vox 6 dicens, Clama: dixit, Quid clamabo? Omnis caro gramen eſt, & omnis decor ejus ſimilis herbæ campi : Exaruit gramen, & emarcuit 7 herba, quia ſpiritus Domini flavit in ipſum. Tale eſt gramen hujus populi: Exareſcit gra- 8 men, & marceſcit herba; verbum autem Dei noſtri eſt perpetuò conſtans. Montes ex- 9 celſos conſcende Sion prædicatrix; attolle vocem tuam validè Jeruſalem prædicatrix; attolle, & ne timeto: dic civitatibus Judæ, Ecce Dominus Deus eſt cum robore venturus, 10 & brachium ejus cum fortitudine : ecce merces ejus cum ipſo eſt, & opus illius ante ipſum; Veluti paſtor qui paſcit gregem ſu- 11 um, & brachio ſuo congregat agnos, ſuoque ſinu portat, lactantes autem nutrit. Quis men- 12 ſus eſt aquas volâ ſuâ, & cœlum dimenſus eſt palmo ſuo? terræ pulverem ſuo menſus eſt pugillo, montes ponderibus expendit & col- 13 les ſtaterâ? Quis direxit ſpiritum Domini? 14 aut quis fuit illi dator conſilii? Quemnam conſuluit ut doceret eum, & intelligendam præberet ei viam judicii, doceret eum ſcientiam, & viam intelligentiæ monſtraret illi? En populi tanquam guttula è cacabo, & ut 15 momentum ſtateræ, & inſulæ ut pulviſculus projicientur.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

7 * وَقَالَ ٱللَّهُ أَنَّ مِنْ بَنِيكَ ٱلَّذِينَ وَلَدْتَهُمْ يَأْخُذُونَ وَيَجْعَلُونَهُمْ خِصْيَانًا فِي بَيْتِ مَلِكِ ٱلْبَابِلِيِّينَ *
8 * فَقَالَ حَزْقِيَا لِأَشَعْيَاءَ * ٱلْقَوْلُ ٱلَّذِي تَكَلَّمَ بِهِ ٱلرَّبُّ صَالِحٌ * لِتَكُنِ ٱلسَّلَامَةُ وَٱلْعَدْلُ فِي أَيَّامِي *
1 * ٱلْفَصْلُ ٱلْأَرْبَعُونَ * عَزُّوا عَزُّوا شَعْبِي قَالَ ٱللَّهُ أَيُّهَا ٱلْكَهَنَةُ * تَكَلَّمُوا فِي قَلْبِ 2
أُورُشَلِيمَ * عَزُّوهَا لِأَنَّ تَوَاضُعَهَا كَمَلَ * ٱنْحَلَّتْ خَطِيئَتُهَا لِأَنَّهَا قَبِلَتْ مِنْ يَدِ ٱلرَّبِّ خَطَايَاهَا
مُضَعَّفَةً * قِرْيَانْ دِكْرَانِ يُوحَنَّا *
3 * صَوْتُ صَارِخٍ فِي ٱلْبَرِّيَّةِ * أَعِدُّوا طَرِيقَ ٱلرَّبِّ * أَصْنَعُوا سُبُلَ إِلٰهِنَا مُسْتَقِيمَةً * كُلُّ وَادٍ يَمْتَلِي *
4 وَكُلُّ جَبَلٍ وَأَكَمَةٍ تَتَّضِعُ * وَيَصِيرُ جَمِيعُ ٱلْمُعْوَجَّاتِ مُسْتَقِيمَةً * وَٱلْخَشِنَةُ إِلَى طَرِيقٍ لَيِّنَةٍ *
5 * وَيَظْهَرُ مَجْدُ ٱلرَّبِّ * وَيُعَايِنُ كُلُّ ذِي جَسَدٍ خَلَاصَ ٱللهِ * لِأَنَّ ٱلرَّبَّ تَكَلَّمَ * صَوْتُ قَائِلٍ أُصْرُخْ * 6
فَقُلْتُ مَاذَا أَصْرُخُ * كُلُّ جَسَدٍ عُشْبٌ * وَكُلُّ مَجْدِ ٱلْإِنْسَانِ مِثْلُ زَهْرِ عُشْبٍ [* MS.Ox. 7 يبس
العشب وتساقط الزهر * من اجل ان روح الرب هبت به * هكذي يبس حشيش هذا الشعب *]
8 * يَبِسَ ٱلْعُشْبُ وَسَقَطَ ٱلزَّهْرُ * وَكَلِمَةُ إِلٰهِنَا تَدُومُ إِلَى ٱلْأَبَدِ * عَلَى جَبَلٍ عَالٍ ٱصْعَدْ يَا مُبَشِّرَ 9
صِهْيَوْنَ * ٱرْفَعْ صَوْتَكَ بِقُوَّةٍ يَا مُبَشِّرَ أُورُشَلِيمَ * ٱرْفَعُوا وَلَا تَخَافُوا * قُلْ لِمُدُنِ يَهُوذَا هَا إِلٰهُنَا *
10 * هَا ٱلرَّبُّ يُقْبِلُ بِقُوَّةٍ * وَذِرَاعُهُ بِسِيَادَةٍ * هَا أَجْرُهُ مَعَهُ * وَعَمَلُهُ قُدَّامَهُ * مِثْلُ ٱلرَّاعِي ٱلَّذِي 11
12 يَرْعَى قَطِيعَهُ * وَبِذِرَاعِهِ يَجْمَعُ ٱلْخِرَافَ * وَيُعَزِّي ٱلْحَبَالَى * مَنْ كَالَ ٱلْمَاءَ بِيَدِهِ * وَٱلسَّمَاءَ بِشِبْرِهِ *
13 وَكُلَّ ٱلْأَرْضِ بِحَفْنَتِهِ * مَنْ أَقَامَ ٱلْجِبَالَ بِٱلْمِثْقَالِ * وَٱلرَّوَابِيَ بِٱلْمِيزَانِ * مَنْ عَلِمَ أَيْضًا ضَمِيرَ
14 ٱلرَّبِّ * وَمَنْ كَانَ لَهُ مُشِيرًا حَتَّى يُعَلِّمَهُ * أَوْ مَنْ ٱسْتَشَارَ فَلَقَّنَهُ * أَوْ مَنْ أَعْطَاهُ حُكْمًا *
15 أَوْ مَنْ أَظْهَرَ لَهُ طَرِيقَ فَهْمٍ فَيُعَوِّضَهُ * إِنَّ كُلَّ ٱلْأُمَمِ مِثْلُ نُقْطَةٍ مِنْ قَادُوسٍ * وَمِثْلُ مَيَلَانِ
ٱلْمِيزَانِ حُسِبُوا * وَمِثْلَ غَابٍ يُحْسَبُونَ *

Inſuper dixit Deus quòd de filiis tuis quos 7 *genuiſti, abducent, & facient eos eunuchos in domo regis Babyloniorum. Dixit* 8 *Hezecia ad Eſaiam; Sermo quem locutus eſt Dominus, bonus eſt: ſit tranquillitas & juſtitia in diebus meis.*

CAP. XL.

Conſolamini, conſolamini populum 1 *meum, dicit Deus, O ſacerdotes: Loquimini in corde Jeroſolymæ, conſolamini* 2 *eam: quoniam dejectio ejus ceſſavit, ſolutum eſt peccatum ejus; recepit enim è manu Domini peccata ſua, duplicia.*

Lectio commemorationis Johannis.

Vox clamans in deſerto, Parate viam 3 *Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis implebitur, omniſque mons* 4 *& collis humiliabitur; contorta quæque fient recta, & ſalebroſa in viam mollem: Et apparebit gloria Domini, & videbit* 5 *omnis corpore præditus ſalutem Dei; nam Dominus locutus eſt. Vox dicens, Cla-* 6 *ma; & dixi, Quid clamabo? Omne corpus herba eſt, & omnes gloria humana ſimilis eſt flori herbæ: [MS. Ox. Are-* 7 *ſcit herba, & flos decidit; quia ſpiritus Domini ſufflavit in eum; ita areſcit herba hujuſce populi:] Areſcit herba, &* 8 *flos decidit; verbum autem Dei noſtri manebit in æternum. Super montem ex-* 9 *celſum aſcende O prædicator Sionis, attolle potentèr vocem tuam O prædicator Jeroſolymæ, attollite inquam; & ne timete: dic urbibus Judæ, Ecce Deus no-* *ſter: Ecce Dominus venturus eſt cum* 10 *robore, & brachium ejus cum dominio: ecce merces ejus cum ipſo eſt, & opus e-* *jus ante ipſum, Ceu paſtor qui paſcit* 11 *gregem ſuum, & brachio ſuo congregat agnos, & fœtas reſocillat. Quis men-* 12 *ſus eſt aquam manu ſuâ, cœlum palmo ſuo, totamque terram pugillo ſuo? quis montes erexit cum pondere, & colles ſta-* *terâ? Quis etiam novit mentem Domi-* 13 *ni? & quis fuit conſiliarius ejus, ut doceret eum? Aut quem ipſe conſuluit,* 14 *ut doceret ſe? aut quis dedit illi judicium? aut quis præbuit ei viam prudentiæ, ut rependat illi: Quandoquidem* 15 *cuncti populi tanquam gutta è ſitula, & tanquam præponderatio trutinæ cenſentur, & ut ſylva reputentur?*

ישׁעיה׃ מא

ascensioni sufficiens non ejus bestia & incendere sufficiens non Lebanon Et

16 וּלְבָנוֹן אֵין דֵּי בָּעֵר וְחַיָּתוֹ אֵין דֵּי עוֹלָה׃

.ei sunt reputatæ inani & nihilo præ eo coram nihil sicut gentes Omnes

17 כָּל־הַגּוֹיִם כְּאַיִן נֶגְדּוֹ מֵאֶפֶס וָתֹהוּ נֶחְשְׁבוּ־לוֹ׃

? ei ordinabitis similitudinis quid & ? Deum assimilabitis quem ad Et

18 וְאֶל־מִי תְּדַמְּיוּן אֵל וּמַה־דְּמוּת תַּעַרְכוּ־לוֹ׃

catenas & illud expandet auro in aurifex & , faber conflavit Sculptile

19 הַפֶּסֶל נָסַךְ חָרָשׁ וְצֹרֵף בַּזָּהָב יְרַקְּעֶנּוּ וּרְתֻקוֹת

; eliget putrescat non lignum oblatione Depauperatus .conflans argenti

20 כֶּסֶף צוֹרֵף׃ הַמְסֻכָּן תְּרוּמָה עֵץ לֹא־יִרְקַב יִבְחָר

.se movebit non sculptile præparandum ad, ei quæret sapientem artificem

חָרָשׁ חָכָם יְבַקֶּשׁ־לוֹ לְהָכִין פֶּסֶל לֹא יִמּוֹט׃

capite à est annuntiatum nonne ? audietis nonne ? scietis Nonne

21 הֲלוֹא תֵדְעוּ הֲלוֹא תִשְׁמָעוּ הֲלוֹא הֻגַּד מֵרֹאשׁ

globum super Sedens ? terræ fundamenta intelligetis nonne ? vobis

22 לָכֶם הֲלוֹא הֲבִינוֹתֶם מוֹסְדוֹת הָאָרֶץ׃ הַיֹּשֵׁב עַל־חוּג

, cœlos tenue velut extendens : locustæ ut , ejus habitatores & , terræ

הָאָרֶץ וְיֹשְׁבֶיהָ כַּחֲגָבִים הַנּוֹטֶה כַדֹּק שָׁמַיִם

gubernatores Dans .habitandum ad tentorium sicut eos expandit &

23 וַיִּמְתָּחֵם כָּאֹהֶל לָשָׁבֶת׃ הַנּוֹתֵן רוֹזְנִים

,sunt plantati non Etiam .fecit inane velut terræ judices : nihilum in

24 לְאָיִן שֹׁפְטֵי אֶרֶץ כַּתֹּהוּ עָשָׂה׃ אַף בַּל־נִטָּעוּ

: eorum truncum terra in radicans non etiam ,sunt sati neque etiam

אַף בַּל־זֹרָעוּ אַף בַּל־שֹׁרֵשׁ בָּאָרֶץ גִּזְעָם

.eos auferet stipulam velut turbo & ; aruerunt & ,eos in flavit insuper &

וְגַם נָשַׁף בָּהֶם וַיִּבָשׁוּ וּסְעָרָה כַּקַּשׁ תִּשָּׂאֵם׃

Levate ? Sanctus dicet : æquabor & , me assimilabitis quem ad Et

25 26 וְאֶל־מִי תְדַמְּיוּנִי וְאֶשְׁוֶה יֹאמַר קָדוֹשׁ׃ שְׂאוּ־

educens , hæc creaverit quis videte & ,vestros oculos excelsum in

מָרוֹם עֵינֵיכֶם וּרְאוּ מִי־בָרָא אֵלֶּה הַמּוֹצִיא

multitudine præ : vocabit nomine in ipsa omnia ad : eorū exercitū numero in

בְמִסְפָּר צְבָאָם לְכֻלָּם בְּשֵׁם יִקְרָא מֵרֹב

dives quid Ut .deficiet non vir potentia fortis &,fortitudinum

27 אוֹנִים וְאַמִּיץ כֹּחַ אִישׁ לֹא נֶעְדָּר׃ לָמָּה תֹאמַר

, Domino à mea via est Abscondita ? Israel loqueris & , Jahacob

יַעֲקֹב וּתְדַבֵּר יִשְׂרָאֵל נִסְתְּרָה דַרְכִּי מֵיְהוָה

non an , nosti Nonne .transibit meum judicium meo Deo à &

28 וּמֵאֱלֹהַי מִשְׁפָּטִי יַעֲבוֹר׃ הֲלוֹא יָדַעְתָּ אִם־לֹא

non , terræ extremitates creans Dominus seculi Deus ? audisti

שָׁמַעְתָּ אֱלֹהֵי עוֹלָם יְהוָה בּוֹרֵא קְצוֹת הָאָרֶץ לֹא

Dans .ejus intelligentiæ investigatio non : laborabit nec ,fatigabitur

29 יִיעַף וְלֹא יִיגָע אֵין חֵקֶר לִתְבוּנָתוֹ׃ נֹתֵן

Lassabunturque multiplicabit robur , vires non cui & : fortitudinē lasso

30 לַיָּעֵף כֹּחַ וּלְאֵין אוֹנִים עָצְמָה יַרְבֶּה׃ וְיִעֲפוּ

sperantes At corruent corruendo electi & : laborabunt & , pueri

31 נְעָרִים וְיִגָעוּ וּבַחוּרִים כָּשׁוֹל יִכָּשֵׁלוּ׃ וְקוֹיֵ

non & current : aquilæ sicut ala ascendent ,robur mutabunt , Domino

יְהוָה יַחֲלִיפוּ כֹחַ יַעֲלוּ אֵבֶר כַּנְּשָׁרִים יָרוּצוּ וְלֹא

.lassabuntur non & ibunt ; laborabunt

יִיגָעוּ יֵלְכוּ וְלֹא יִיעָפוּ׃

CAP. XLI. מא

,accedant : fortitudinem innovent nationes & , insulæ me ad Tacete

1 הַחֲרִישׁוּ אֵלַי אִיִּים וּלְאֻמִּים יַחֲלִיפוּ כֹחַ יִגְּשׁוּ

.accedamus judicium ad pariter ,loquantur tunc

אָז יְדַבֵּרוּ יַחְדָּו לַמִּשְׁפָּט נִקְרָבָה׃

Versio VUL. LAT.

16 Et Liban⁹ non sufficiet ad succendendū, et animalia ejus non 17 sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilū 18 & inane reputatæ sunt ei. Cui ergò similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis 19 ei? Numquid sculptile conflavit faber? aut aurifex auro figuravit illud, & laminis argen-20 teis argentarius? Forte lignum et imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodò statuat simulachrum quod non mo-21 veatur. Numquid non scitis? numquid non audîstis? numquid non annuntiatū est vobis ab initio? Numquid non intel-22 lexistis fundamenta terræ? Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores ejus sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilū cœlos, et expandit eos, sicut tabernaculum ad inhabitandū. 23 Qui dat secretorū scrutatores quasi non sint, judices terræ 24 velut inane fecit: Et quidē neque plantat⁹, neq; satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repentè flavit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipu-25 lam auferet eos. Et cui assimilâstis me, & adæquâstis, dicit 26 Sanctus? Levate in excelsum oculos vestros, & videte quis creavit hæc: qui educit in numero militiam eorū, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque ejus, neque unum 27 reliquū fuit. Quarè dicis Jacob, & loqueris Israel; Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo judiciū meum transivit? 28 Numquid nescis, aut non audîsti? Deus sempiternus Dñs, qui creavit terminos terræ: non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus. 29 Qui dat lasso virtutem: & his, qui non sunt, fortitudinem & 30 robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & juve-31 nes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

CAP. XLI.

1 TAceant ad me insulæ, & Gentes mutent fortitudinē: accedāt, & tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus.

Versio GRÆCA LXX. Interp.
Cum Translatione LATINA.

16 Ὁ δὲ Λίβανος οὐχ ἱκανὸς εἰς καῦσιν, καὶ πάντα τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλο-17 κάρπωσιν. Καὶ πάντα τὰ ἔθνη ὡς οὐδέν εἰσι, 18 καὶ εἰς οὐθὲν ἐλογίσθησαν. Τίνι ὡμοιώσατε κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώ-19 σατε αὐτόν; Μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσοχόος χωνεύσας χρυσίον περιεχρύσωσεν αὐτόν; ὁμοίωμα κατεσκεύασεν 20 αὐτόν; Ξύλον γὰρ ἄσηπτον ἐκλέγεται τέκτων, καὶ σοφῶς (κ) ζητήσει πῶς στήσει (λ) εἰκόνα 21 αὐτοῦ, καὶ ἵνα μὴ σαλεύηται. Οὐ γνώσεσθε; οὐκ ἀκούσεσθε; οὐκ ἀνηγγέλη ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν; οὐκ 22 ἔγνωτε τὰ θεμέλια τῆς γῆς; Ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐτῇ ὡς ἀκρίδες· ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρα-23 νὸν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν. Ὁ διδοὺς ἄρχοντας (μ) ὡς οὐδὲν ἄρχειν, τὴν δὲ 24 γῆν ὡς οὐδὲν ἐποίησεν. Οὐ γὰρ μὴ (ν) φυτεύσωσιν, οὐδὲ μὴ σπείρωσιν, οὐδὲ μὴ ῥιζωθῇ εἰς τὴν γῆν ἡ ῥίζα αὐτῶν. ἔπνευσεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξηράνθησαν, καὶ καταιγὶς ὡς 25 φρύγανα (ξ) λήψεται αὐτούς. Νῦν οὖν τίνι με ὡμοιώσατε, καὶ ὑψωθήσομαι; εἶπεν ὁ ἅ-26 γιος. Ἀναβλέψατε εἰς (ο) ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε, τίς κατέδειξε (π) ταῦτα πάντα; ὁ ἐκφέρων (') κατ' ἀριθμὸν τὸν κόσμον αὐτοῦ, (ρ) πάντας ἐπ' ὀνόματι καλέσει ἀπὸ (σ) πολλῆς δόξης, καὶ ἐν κράτει 27 ἰσχύος (τ) αὐτοῦ· οὐδέν σε ἔλαθε. Μὴ γὰρ εἴπῃς Ἰακὼβ, καὶ τί ἐλάλησας Ἰσραὴλ, Ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ θε-28 ός μου τὴν κρίσιν ἀφεῖλε, καὶ ἀπέστη; Καὶ νῦν οὐκ ἔγνως; εἰ μὴ ἤκουσας; θεὸς αἰώνιος, (υ) ὁ θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς· οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύ-29 ρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ, Διδοὺς τοῖς πεινῶσιν ἰσχὺν, καὶ τοῖς μὴ ὀδυνωμένοις λύπην. 30 Πεινάσουσι γὰρ νεώτεροι, καὶ κοπιάσουσι νεα-31 νίσκοι, καὶ ἐκλεκτοὶ ἀνίσχυες ἔσονται. Οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν θεὸν, ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοὶ, δραμοῦνται καὶ οὐ κοπιάσουσι, βαδιοῦνται καὶ οὐ πεινάσουσιν.

16 Libanus autē non sufficit ad comburendum: & omnia quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum: 17 Et cunctæ gentes quasi nihilum sunt, & in nihilum reputatæ sunt. 18 Cui similem fecistis Dominum? & cui simulachro assimilâstis eum? 19 Nunquid imaginem fecit faber, aut aurifex fundens aurum circumauravit illum? simulachrum apparavit eum? 20 Lignum enim imputribile eligit faber, & sapienter quæret quomodò statuat imaginem ejus, & ut non moveatur. 21 Nónne scietis? nónne audietis? nónne annuntiatum est vobis à principio? non cognovistis fundamenta terræ? 22 Qui tenet gyrum terræ: & habitatores ejus quasi locustæ. Qui statuit, quasi cameram, cœlum, & extendit quasi tabernaculum ad habitandum: 23 Qui dat principes quasi nihil præesse; terram autem quasi nihil fecit. 24 Siquidem non plantabunt, neque serent, nec radicabitur in terram radix eorum. Flavit super eos, & arefacti sunt: & tempestas tanquam stipulas tollet eos. 25 Nunc ergò, cui assimilâstis me, & exaltabor? dixit Sanctus. 26 Elevate in excelsum oculos vestros, & videte, quis ostendit hæc omnia. Qui educit juxta numerum ornatum suum; omnes in nomine vocabit à multa gloria, & in robore fortitudinis (d) suæ: nihil te latuit. 27 Non enim dicas Jacob, & quid loquutus es Israel; Abscondita est via mea à Deo: & Deus meum judicium abstulit, & recessit? 28 Et nunc nescis, & non audîsti? Deus æternus, Deus, qui apparavit terminos terræ, non esuriet, nec laborabit: nec est inventio prudentiæ ejus: 29 Qui dat esurientibus fortitudinem, et non dolentibus mœrorem. 30 Esurient enim juvenes, et laborabunt adolescentes, et electi infirmi erunt. 31 Qui autem expectant Deum; mutabunt fortitudinem, assument alas, quasi aquilæ: current, et non laborabunt: gradientur, et non esurient.

MS.A. (κ) ζητεῖ (λ) αὐτοῦ εἰκόνα, (μ) εἰς οὐδὲν (ν) σπείρουσιν, οὐδὲ μὴ φυτεύσουσιν, (ξ) ἀναλήμψεται (ο) τὸ ὕψος (π) πάντα ταῦτα; (') κατὰ (ρ) πάντα (σ) τῆς πολλῆς (τ) ἰσχύος· οὐδέν σε (υ) θεὸς

ΚΕΦ. μα'.

1 Ἐγκαινίζεσθε πρός με νῆσοι, οἱ γὰρ ἄρχοντες ἀλλάξουσιν ἰσχύν. ἐγγισάτωσαν καὶ λαλησάτωσαν ἅμα, τότε (α) κρίσιν ἀναγγειλάτωσαν.

MS.A. (α) κρίσεις

CAP. XLI.

1 INnovamini (a) ad me insulæ: principes enim mutabunt fortitudinem. Appropinquent, et loquantur simul: tunc judicium annuntient.

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

16 17 ואילני לבנן לא יספקון לאדלקא וחיותא דבה לית היא כמסת לעלתא׃ כל עממיא
כלמא עובדיהון גמירא ושיצאה אנון חשיבין קדמוהי׃ ולמן אתון מרמן למדן קדם אל
18 ומה דמות אתון מסדרין קדמוהי׃ הא צלמא נגרא עביד וקנאה בדהב מחפי ליה
19 ושלשלן דכסף קינאה מאחיד ליה׃ אורן ברי אעא דלא אחיד ביה רקבא בהר נגר
20 אומן בעי ליה לאתקנא צלם דלא יצטלי׃ הלא ידעתון הלא שמעתון הלא אתחוא מן
21 אולא עובד סדרי בראשית לכון הלא תסתכלון למדחל קדם מן דברא יסודי ארעא׃
22 דאשרי בתקוף רומא שכינת יקריה וכל יתבי ארעא חשיבין קדמוהי כקמצין דמתח
כזעיר שמיא ופרסנון כמשכן יקרא לבית שכנתא׃ דמסר שלטונין לחולשא דיני
23 ארעא כלמא עביד׃ אפילו יפשון אפילו יסגון אפילו יתרבון בארעא בניהון ואף רוגזיה
24 ישלח בהון ויבהתון ומימריה כעלעולא לקשא ידבר יתהון׃ ולמן תדמון קדמי ותשוון
25 יימר קדישא׃ זקופו לרומא עיניכון וחזו למדחל קדם מן דברא אלין דאפיק במנין חילי
26 שמיא לכולהון בשמהן קרי מסגי גבורן ותקוף חיל חד מסדריה לא מתעכב׃ למה
27 תימר יעקב ותמלל ישראל מטמרא ארחי מן קדם יי ומן קדם אלהי דיני יעדי׃
28 הלא ידעתא אם לא שמעתא אלה עלמא יי די ברא יסודי ארעא לא בעמל ולא
29 בליאו לית סוף לסוכלתנותיה׃ דיהב לצדיקיא דמשלהין לפתגמי אוריתא חוכמא
30 ודלית להון תקוף נכסין מסגי׃ וישתלהון עולימין חיבין וילאון ורוקי רשיעיא
31 אתקלא יתקלון׃ ודסברו לפורקנא דיי יתכנשון מביני גלותהון ויוספון חיל ויתחדתון
לעולמתהון כצמוח דסליק על גדפי נשרין ירהטון ולא ילאון יהכון ולא ישתלהון׃

מא

1 אציתו למימרי נגון ומלכון יספון חיל יתקרבון בכן ימללון כחדא לדינא נתקרב׃

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

16 Arbores autem Libani non sufficient ad succendendū, & animalia *quæ sunt in eo* non sufficient ad holocausta. 17 Omnes populi quasi nihilū, & opera eorum velut consumptio, & destructio habentur coram eo. 18 Quem autem vos putatis contendere posse cum Deo? aut quam similitudinem vos ordinatis coram eo? 19 Ecce simulacrum facit faber, & aurifex auro operit illud, & catenis argenteis argentari⁹ conjungit illud. 20 *Ornum succidit*, lignum quod putredo non comprehendit eligit: fabrū artificem quærit sibi ut construat simulacrum quod non commoveatur. 21 Nónne cognovistis? nunquid non audîstis? nunquid non annunciatū est vobis opus *ordinū creationis* à principio? nunquid non intelligetis timere eum qui creavit fundamenta terræ? 22 Qui habitare facit majestatem gloriæ suæ in fortitudine excelsa, & omnes habitatores terræ reputati sunt coram eo quasi locustæ: qui extendit quasi paululum cœlos, & expandit eos quasi habitaculum gloriæ domus majestatis. 23 Qui tradit principes in infirmitatem; judices terræ quasi nihilum facit. 24 Quamvis invalescant, quamvis crescant, & quamvis evehantur in terra filii eorum, furorem tamen suum mittet in eos, & turbabuntur: & Verbum ejus *auferet* eos velut tempestas stipulam. 25 Cui autem assimilâstis me, & adæquâstis; dicit Sanctus. 26 Levate in excelsum oculos vestros, & videte, ut timeatis coram illo qui creavit hæc; qui educit in numero militiam cœlorum, & omnes nomine suo vocat: præ multitudine fortitudinum & robore virtutis nullus impeditur ab ordine suo. 27 Quare dicis Jacob & loqueris Israel, Abscondita est via mea à facie Dñi, & à facie Dei mei judicium meum transibit? 28 Nunquid nescis, aut non audîsti? Deus sempiternus est Dñs qui creavit fundamenta terræ, non in labore, neque in defatigatione; non est finis intellectui ejus. 29 Qui dat justis, qui ad verba legis anhelant, sapientiam; & eis qui non habent fortitudinem, divitias multiplicat. 30 Et defatigabuntur juvenes peccatores & laborabunt, & juvenes impii corruendo corruent. 31 Qui autem sperant in salutare Dñi, congregabuntur de medio captivitatis suæ, & addent fortitudinem, & renovabuntur juventuti suæ, sicut germen quod crescit: super alas aquilarum current, & non laborabunt, ambulabunt & non defatigabuntur.

CAP. XLI.

1 AUscultate insulæ verbum meum, & regna addant fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad judicium appropinquemus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 * ܘܠܒܢܢ ܠܐ ܣܦܩ ܠܗ ܠܡܘܩܕܐ. ܘܚܝܘܬܗ ܠܐ ܣܦܩܐ ܠܗ ܠܥܠܬܐ. * ܘܟܠܗܘܢ
17 ܥܡܡܐ ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ ܚܫܝܒܝܢ ܠܗ. ܠܐܒܕܢܐ ܘܠܚܪܒܐ ܚܫܝܒܝܢ ܠܗ. * ܠܡܢ ܕܡܝܬܘܢܝܗܝ
18 ܠܐܠܗܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܡܘܬܐ ܬܕܡܘܢܝܗܝ. * ܕܠܡܐ ܨܠܡܐ ܕܥܒܕ ܢܓܪܐ. ܘܨܐܪܐ ܒܕܗܒܐ
19 ܨܪܦܗ: ܘܐܝܟ ܕܣܐܡܐ ܡܟܒܫ ܠܗ. * ܦܪܫ ܗܘ ܓܒܐ ܩܝܣܐ ܕܠܐ ܡܬܬܟܠ. ܘܚܟܝܡ ܢܓܪܐ
20 ܘܡܫܟܠ ܠܗ. ܘܡܬܩܢ ܨܠܡܐ ܕܠܐ ܢܙܘܥ. * ܠܐ ܝܕܥܬܘܢ. ܘܠܐ ܫܡܥܬܘܢ. ܘܠܐ ܐܬܐܡܪ
21 ܠܟܘܢ ܡܢ ܪܫܝܬܐ. ܘܠܐ ܐܣܬܟܠܬܘܢ ܫܬܐܣܝܗ ܕܐܪܥܐ. * ܘܡܢ ܕܝܬܒ ܥܠ ܚܘܓܗ
22 ܕܐܪܥܐ. ܘܥܡܘܪ̈ܝܗ ܐܝܟ ܩܡܨܐ. ܕܡܬܚ ܫܡܝܐ ܐܝܟ ܩܒܘܬܐ. ܘܡܬܚ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܡܫܟܢܐ
ܠܡܥܡܪܐ. * ܕܝܗܒ ܫܠܝܛܢܐ ܠܐ ܡܕܡ. ܘܕܝܢܐ ܕܐܪܥܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. * ܠܐ ܢܬܢܨܒܘܢ ܘܠܐ
23 24 ܢܙܕܪܥܘܢ. ܘܠܐ ܢܫܪܫ ܥܩܪܗܘܢ ܒܐܪܥܐ. ܢܫܒ ܒܗܘܢ ܘܢܝܒܫܘܢ. ܘܡܥܠܥܠܐ ܢܫܩܘܠ ܐܢܘܢ ܐܝܟ
ܚܨܕܐ. * ܠܡܢ ܕܡܝܬܘܢܢܝ ܕܐܫܬܘܐ ܠܗ ܐܡܪ ܩܕܝܫܐ. * ܐܪܝܡܘ ܠܥܠ ܥܝܢܝܟܘܢ
25 26 ܘܚܙܘ. ܡܢܘ ܒܪܐ ܗܠܝܢ. ܕܡܦܩ ܒܡܢܝܢܐ ܚܝܠܘܬܗܘܢ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܫܡܗܐ ܡܢ
ܣܓܝܐܘܬ ܪܒܘܬܗ. ܘܥܘܫܢܐ ܕܚܝܠܗ. ܐܢܫ ܠܐ ܛܥܐ. * ܠܡܢܐ ܡܡܠܠ ܐܢܬ
27 ܝܥܩܘܒ. ܘܐܡܪ ܐܢܬ ܐܝܣܪܐܝܠ: ܕܐܬܟܣܝܘ ܐܘܪܚܬܝ ܡܢ ܡܪܝܐ. ܘܕܝܢܝ ܥܒܪ ܡܢ
ܐܠܗܝ. * ܠܐ ܝܕܥܬ. ܘܠܐ ܫܡܥܬ ܕܐܠܗܐ ܠܥܠܡ ܡܪܝܐ ܗܘ. ܕܒܪܐ ܣܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ. ܠܐ
28 ܡܫܬܠܗܐ ܘܠܐ ܠܐܐ. ܘܠܝܬ ܥܘܩܒܐ ܠܣܘܟܠܗ. * ܝܗܒ ܚܝܠܐ ܠܡܠܐܐ. ܘܠܡܟܐܒܐ
29 ܒܚܫܐ ܡܣܓܐ ܥܘܫܢܐ. * ܢܫܬܠܗܘܢ ܥܠܝܡܐ ܘܢܠܐܘܢ. ܘܥܠܝܡܐ ܡܬܬܩܠܝܢ ܢܬܬܩܠܘܢ.
30 * ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܣܟܝܢ ܠܡܪܝܐ ܢܚܠܦܘܢ ܚܝܠܗܘܢ. ܘܢܦܩܘܢ ܓܦܐ ܐܝܟ ܕܝܘܢܐ. ܘܢܪܗܛܘܢ
31 ܘܠܐ ܢܠܐܘܢ. ܘܢܗܠܟܘܢ ܘܠܐ ܢܫܬܠܗܘܢ.

*ܩܦܠܐܘܢ * ܡܐ *

1 * ܫܬܘܩܘ ܠܝ ܓܙܪ̈ܬܐ. ܘܥܡܡܐ ܢܚܕܬܘܢ ܚܝܠܐ. ܢܬܩܪܒܘܢ. ܘܗܝܕܝܢ ܢܡܠܠܘܢ. ܘܐܟܚܕܐ
ܠܕܝܢܐ ܢܬܩܪܒ.

16 Libanum dedignatur in pyram, & besti am ejus dedignatur in holocaustum: 17 Omnes populi tanquam nihilum reputantur ab eo, ad exitium & gladium æstimantur ab eo. 18 Cuinam comparatis Deum? & quam similitudinem tribuitis ei? 19 Estne simulacrum quod fabrefacit lignarius, quod aurifex obducit auro, vel cui argentum purum affigit? 20 Destinat enim faber seligitque lignum minimè cariosum, sapientiâ suâ cælat illud, ac tum parat simulacrum immobile. 21 An non audivistis? an non cognovistis? an non dictum fuit vobis ab initio: an non percipitis fundamenta terræ, 22 Et eum qui insidet globo terræ, cujus habitatores sunt veluti locustæ? qui cœlos extendit velut testudinem, & distendit eos ut tentorium ad habitationem? 23 Qui potentes in nihilum redigit, & judices terræ ac si non essent? 24 Non plantabunt, neque serent, neque radicem in terra fundabunt: flabit in eos, & arescent, & turbo ceu stipulam abripiet illos. 25 Cùm quo me compararetis ut æqualis sim ei, dicit Sanctus? 26 Attollite in sublime oculos vestros, & videte quis creaverit hæc: qui certo numero producit exercitus eorum, & omnibus imponit nomina: quanvis immensa sit ipsius majestas, & validissima potentia ipsius, nullius *tamen* obliviscitur. 27 Quare loqueris tu Jacob, tuque Israel dicis; Absconditæ sunt viæ meæ à Domino, & judicium meum remotum à Deo meo? 28 An non cognovisti? nonne audivisti Deum in æternum esse Dominum, qui condidit extremitates orbis; non fatigatur, neque laborat, cujus prudentia nullatenus declarari *potest*. 29 Suppeditat vires defessis, & dolore languentibus auget robur. 30 Fatigantur juvenes ac laborant, & adolescentes penitùs impingunt: 31 At qui sperant in Domino, mutabunt vires suas, alas emittent similes columbinis; current, neque fatigabuntur; ambulabunt, neque languescent.

CAP. XLI.

1 SIlete insulæ, & populi novas resumant vires; accedant, ac tum loquantur, & pariter ad judicium accedant.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 17 * ولبنان لا يوهل للحريق * وجميع ذوي الاربع قوايم ليس هم اهل للقربان * وجميع الامم
هم مثل لا شي * والي لا شي حسبوا *

16 Ne Libanus quidem æstimaretur dignus ad rogum, neque omnia quadrupedia digna essent ad holocaustum 17 Omnes gentes ut nihil sunt, & nihili censentur.

* توبيخ النبي لشعب بني اسرايل * الذين اتخذوا الاصنام *

Objurgatio Prophetæ ad populum Israeliticum qui idola sibi adhibuerat.

18 19 * فماذا اشبهتم الرب وباي شبه شبهتموه * هل يصورون صنعها النجار او سباك سبك ذهبا طلاه *
وتمثالا هياه * لان النجار انما يختار خشبة لا تسوس * ويطلب بحكمة كيف يقيم له صورة *
20 ولكيلا تتزعزع * اما علمتم * اما سمعتم * اما اخبر لكم منذ البدو * اما عرفتم اساسات الارض *
21 * المالك محيط الارض الرب * والسكان فيها مثل الجراد * الذي اقام السماء مثل القنطرة *
22 ومدها مثل القبة لتسكنها * الذي اسلم الرؤساء ليروسوا الي لا شي * وقضاة الارض الي لا
23 شي * لا يزرعون ولا يغرسون * ولا يتاصل في الارض اصلهم * هب عليهم ريح فيبسوا والعاصف
24 ياخذهم كالهشيم * الان ايضا بمن شبهتموني وارتفع * قال القدوس * تطلعوا الان الي العلو
25 26 بعيونكم * وانظروا من افطر هذه كلها * الذي استخرج زينته بعدده * والجميع دعاهم باسماء *
من مجد كثير وعزة قوة ما انساه شيا * الان هل تقول يا يعقوب * وماذا تكلمت يا اسرايل *
27 طرقي محجوبة عن الله * والله ازال قضاي * والان اما عرفت * اما سمعت * الله ابدي * الله الذي
28 هيا اطراف الارض * لا يجوع ولا يتعب * ولا تفتيش لعلمه * يعطي الجياع قوة * والذين لا
29 يوجعون غما * لان الاحداث يجوعون * والشبان يتعبون * والمختارون يصيرون غير اقوياء *
30 31 * والذين يرجون الله يبدلون قوة * وينبتون اجنحة مثل النسور * يسرعون ولا يعيون *
يسلكون ولا يجوعون *

* الفصل الحادي والاربعون *

1 * تجددوا لي ايها الجزاير * لان الرؤساء يبدلون قوة * ليقتربوا معا حينيذ ليخبروا حكما *

18 Cui rei assimilatis Dominum? & cui formæ comparatis eum? 19 Nam figuræ quam construit faber lignarius, vel fusorve qui fuso auro obducit illam & in simulacrum aptat? 20 Nam lignarius electo ligno quod cariem non gignit, industriè satagit quomodo componat sibi figuram, & ne sit obnoxia motationi. 21 Nónne cognovistis? nónne audivistis? annon significatum vobis est à principio? annon cognovistis fundamenta terræ? 22 Qui tenet & complectitur orbem, Dominus est; qui verò habitant in eo, sunt veluti locustæ: qui cœlum ut fornicem erexit, illúdque ceu testudinem extendit, ut habitaretur: 23 Qui principes rediget ad dominandum in nihilum, & judices terræ in nihilum: 24 Non serentur, neque plantabuntur, neque firmabitur in humo radix eorum: flabit in eos ventus, & arescent, rapiétque eos turbo ceu stipulam. 25 Jam ergò cui assimilatis me ut extollar, ait Sanctus? 26 Respicite jam in altum oculis vestris; et contemplamini quis creaverit hæc omnia: qui produxit ornatum ejus in numero, & singulis imposuit nomina; & nihil plurimam ob gloriam summámque potentiam, effugit memoriam ejus. 27 Num ergò diceres O Jacob? & quid locutus es O Israel? Viæ meæ inquis Deum latent, & Deus avertit judicium meum. 28 Nónne quæso cognovisti? nónne audivisti? Deus est æternus, Deus est qui disposuit extrema terræ; non esurit, neque fatigatur, neque ulla est pervestigatio scientiæ ipsius: 29 Dat esurientibus vires; & his qui non patiuntur dolores, anxietatem. 30 Nam adolescentes quidem esurient, & juvenes fatigabuntur, & electissimi quique fient infirmi: 31 Sed qui Deum expectant, novas acquirent vires, & producent alas ut aquilæ: celeres erunt, & non deficientur viribus; ambulabunt, & non esurient.

CAP. XLI.

1 REnovamini mihi O insulæ, quia principes immutant vires: simul accedant, tunc litem exponant.

ישעיה: מא

? suum pedem ad eum vocabit , justitiam oriente ab suscitavit Quis
מִי הֵעִיר מִמִּזְרָח צֶדֶק יִקְרָאֵהוּ לְרַגְלוֹ 2
pulverem ut dabit , faciet dominari reges & , gentes ejus facies ad dabit
יִתֵּן לְפָנָיו גּוֹיִם וּמְלָכִים יַרְדְּ יִתֵּן כֶּעָפָר
transibit , eos Persequetur .ejus arcum propulsam stipulam ut,ejus gladium
חַרְבּוֹ כְּקַשׁ נִדָּף קַשְׁתּוֹ׃ יִרְדְּפֵם יַעֲבוֹר 3
, est operatus Quis .ingredietur non suis pedibus in semitam : pace
שָׁלוֹם אֹרַח בְּרַגְלָיו לֹא יָבוֹא׃ מִי־פָעַל 4
DOMINUS Ego ? capite à generationes vocans , fecit &
וְעָשָׂה קֹרֵא הַדֹּרוֹת מֵרֹאשׁ אֲנִי יְהוָה
, insulæ Viderunt .ipse ego novissimis cum & , primus
רִאשׁוֹן וְאֶת־אַחֲרֹנִים אֲנִי־הוּא׃ רָאוּ אִיִּים 5
.venerunt & appropinquaverunt : sunt attonita terræ extrema:timuerunt &
וְיִירָאוּ קְצוֹת הָאָרֶץ יֶחֱרָדוּ קָרְבוּ וַיֶּאֱתָיוּן׃
.Confortare , dicet suo fratri & : auxiliabuntur suo socio Vir
אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ יַעְזֹרוּ וּלְאָחִיו יֹאמַר חֲזָק׃ 6
contusione cum malleum lævigantem aurificem faber confortavit Et
וַיְחַזֵּק חָרָשׁ אֶת־צֹרֵף מַחֲלִיק פַּטִּישׁ אֶת־הוֹלֶם 7
, clavis in ipsum roboravit & : illud bonum juncturam Ad:dicens , incudis
פָּעַם אֹמֵר לַדֶּבֶק טוֹב הוּא וַיְחַזְּקֵהוּ בְמַסְמְרִים
: te elegi quem Jahacob ,mi serve Israel tu Et .moveatur ne
לֹא יִמּוֹט׃ וְאַתָּה יִשְׂרָאֵל עַבְדִּי יַעֲקֹב אֲשֶׁר בְּחַרְתִּיךָ 8
extremis ab te apprehendi Qui .mei amici Abrahami semen
זֶרַע אַבְרָהָם אֹהֲבִי׃ אֲשֶׁר הֶחֱזַקְתִּיךָ מִקְצוֹת 9
: tu meus Servus ,tibi dixi & : te evocavi ejus selectis à & , terræ
הָאָרֶץ וּמֵאֲצִילֶיהָ קְרָאתִיךָ וָאֹמַר לְךָ עַבְדִּי־אַתָּה
: ego tecum quia , timeas Ne .te reprobavi non & , te elegi
בְּחַרְתִּיךָ וְלֹא מְאַסְתִּיךָ׃ אַל־תִּירָא כִּי עִמְּךָ אָנִי 10
insuper , te roboravi : tuus Deus ego quia , mollescas ne
אַל־תִּשְׁתָּע כִּי־אֲנִי אֱלֹהֶיךָ אִמַּצְתִּיךָ אַף
.meæ justitiæ dextera in te sustentavi insuper , tibi sum auxiliatus
עֲזַרְתִּיךָ אַף־תְּמַכְתִּיךָ בִּימִין צִדְקִי׃
: te contra succensi omnes erubescent & ,afficientur pudore En
הֵן יֵבֹשׁוּ וְיִכָּלְמוּ כֹּל הַנֶּחֱרִים בָּךְ 11
, eos Quæres .tuæ litis viri peribunt & , nihil tanquam erunt
יִהְיוּ כְאַיִן וְיֹאבְדוּ אַנְשֵׁי רִיבֶךָ׃ תְּבַקְשֵׁם 12
, nihil tanquam erunt : tui jurgii viros , eos invenies non &
וְלֹא תִמְצָאֵם אַנְשֵׁי מַצֻּתֶךָ יִהְיוּ כְאַיִן
DOMINUS ego Quia .tuæ pugnæ viri consumptio quasi &
וּכְאֶפֶס אַנְשֵׁי מִלְחַמְתֶּךָ׃ כִּי אֲנִי יְהוָה 13
Ne : tibi dicens : tuam dexteram apprehendens tuus Deus
אֱלֹהֶיךָ מַחֲזִיק יְמִינֶךָ הָאֹמֵר לְךָ אַל־
, Jahacob vermis formides Ne .te adjuvi ego , timeas
תִּירָא אֲנִי עֲזַרְתִּיךָ׃ אַל־תִּירְאִי תּוֹלַעַת יַעֲקֹב 14
, DOMINUS dixit ,tibi sum auxiliatus ego :Israel pauci viri
מְתֵי יִשְׂרָאֵל אֲנִי עֲזַרְתִּיךְ נְאֻם־יְהוָה
,traham in te posui Ecce .Israel Sanctus tuus redemptor &
וְגֹאֲלֵךְ קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל׃ הִנֵּה שַׂמְתִּיךְ לְמוֹרַג 15
, comminues & montes triturabis : ora habentem novam tribulam
חָרוּץ חָדָשׁ בַּעַל פִּיפִיּוֹת תָּדוּשׁ הָרִים וְתָדֹק
; eos tollet ventus & , eos Spargés .pones glumam sicut colles &
וּגְבָעוֹת כַּמֹּץ תָּשִׂים׃ תִּזְרֵם וְרוּחַ תִּשָּׂאֵם 16
,DOMINO in exultabis tu & : eos disperget turbo &
וּסְעָרָה תָּפִיץ אוֹתָם וְאַתָּה תָּגִיל בַּיהוָה
quærentes egeni & , Afflicti .te laudabis Israel Sancto in
בִּקְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל תִּתְהַלָּל׃ הָעֲנִיִּים וְהָאֶבְיוֹנִים מְבַקְשִׁים 17
DOMINUS ego : periit siti in eorum lingua:non & , aquas
מַיִם וָאַיִן לְשׁוֹנָם בַּצָּמָא נָשַׁתָּה אֲנִי יְהוָה
.eos derelinquam non Israel Deus , eos exaudiam
אֶעֱנֵם אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל לֹא אֶעֶזְבֵם׃

Versio VULG. LAT.

2 Quis suscitavit ab Oriente justum, vocavit eum ut sequeretur se? dabit in conspectu ejus gentes, & reges obtinebit: dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptã
3 arcui ejus. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pe-
4 dibus ejus non apparebit. Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & no-
5 vissimus ego sum. Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropin-
6 quaverunt, & accesserunt. Unusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet;
7 Confortare. Confortavit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens; Glutino bonum est: & confortavit eum clavis, ut
8 non moveretur. Et tu Israel serve meus, Jacob quem elegi,
9 semen Abraham amici mei: In quo apprehendi te ab extremis terræ, et à longinquis ejus vocavi te, & dixi tibi; Servus meus es tu, elegi te, & non abjeci te.
10 Ne timeas, quia ego tecũ sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te, et auxiliatus sum tibi: & suscepit te dextera ju-
11 sti mei. Ecce confundentur & erubescent omnes, qui pugnant adversum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui con-
12 tradicunt tibi. Quæres eos, et non invenies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint: & veluti consumptio, homines
13 bellantes adversum te. Quia ego Dominus Deus tuus, apprehendens manum tuam, dicénsque tibi; Ne timeas, ego
14 adjuvi te. Noli timere vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus; & redemptor
15 tuus Sanctus Israel. Ego posui te quasi plaustrum triturans novum, habens rostra serrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi pul-
16 verem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet, et turbo disperget eos: et tu exultabis in Domino, in Sancto Israel læta-
17 beris. Egeni et pauperes quærunt aquas, et non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos.

Versio GRÆC. LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

2 Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην, ἐκάλεσεν αὐτὴν κατὰ πόδας αὐτοῦ, (β) καὶ πορεύσεται; δώσει ἐναντίον ἐθνῶν, καὶ βασιλεῖς ἐκστήσει· καὶ δώσει εἰς γῆν τὰς μαχαίρας αὐτῶν, καὶ ὡς φρύγανα ἐξωσμένα τὰ
3 τόξα αὐτῶν. Καὶ διώξεται αὐτούς, (γ) διελεύσεται ἐν εἰρήνῃ ἡ ὁδὸς τῶν ποδῶν αὐτοῦ.
4 Τίς ἐνήργησε, καὶ ἐποίησε ταῦτα; ἐκάλεσεν αὐτὴν ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχῆς. ἐγὼ θεὸς πρῶτος, καὶ εἰς τὰ ἐπερ-
5 χόμενα ἐγώ εἰμι. Εἴδοσαν ἔθνη καὶ ἐφοβήθησαν, τὰ ἄκρα τῆς γῆς ἤγγισαν, καὶ (δ) ἦλθον
6 ἅμα, Κρίνων ἕκαστος τῷ πλησίον, καὶ τῷ
7 ἀδελφῷ βοηθῆσαι· καὶ ἐρεῖ, Ἴσχυσεν ἀνὴρ τέκτων, καὶ χαλκεὺς τύπτων σφύρῃ, ἅμα ἐλαύνων· (·) πότε μὲν ἐρεῖ, Σύμβλημα καλόν ἐστιν, ἰσχύρωσαν αὐτὰ ἐν ἥλοις, θήσουσιν αὐ-
8 τά, καὶ οὐ κινηθήσονται. Σὺ δὲ Ἰσραὴλ παῖς μου Ἰακώβ, (ε) καὶ ὃν ἐξελεξάμην, σπέρμα Ἀ-
9 βραάμ, ὃν ἠγάπησα· Οὗ ἀντελαβόμην ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἐκ τῶν σκοπιῶν αὐτῆς ἐκάλεσά σε, καὶ εἶπά σοι, Παῖς μου εἶ, ἐξ-
10 ελεξάμην σε, καὶ οὐκ ἐγκατέλιπόν σε. Μὴ φοβοῦ, μετὰ σοῦ γάρ εἰμι, μὴ πλανῶ. ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ θεός σου, ὁ ἐνισχύσας σε, καὶ ἐβοήθησά σοι, καὶ ἠσφαλισάμην σε τῇ δεξιᾷ τῇ δι-
11 καίᾳ μου. Ἰδοὺ αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοί σοι, ἔσονται γὰρ ὡς οὐκ ὄντες, καὶ ἀπολοῦνται πάντες
12 οἱ ἀντίδικοί σου. Ζητήσεις αὐτούς, καὶ οὐ μὴ εὕρῃς τοὺς ἀνθρώπους οἳ παροινήσουσιν εἰς σέ· ἔσονται γὰρ ὡς οὐκ ὄντες, καὶ οὐκ ἔσονται
13 οἱ ἀντιπολεμοῦντές σε· Ὅτι ἐγὼ ὁ (ζ) θεός σου, ὁ κρατῶν τῆς δεξιᾶς σου, ὁ λέγων
14 σοι, Μὴ φοβοῦ Ἰακὼβ ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ, ἐγὼ ἐβοήθησά σοι, λέγει (η) ὁ θεός σου, ὁ
15 λυτρούμενός σε Ἰσραήλ. Ἰδοὺ ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης ἀλοῶντας καινοὺς (θ) πριστηροειδεῖς, καὶ ἀλοήσεις ὄρη, καὶ λεπτυνεῖς
16 βουνούς, καὶ ὡς (ι) χνοῦν θήσεις, Καὶ λικμήσεις, καὶ ἄνεμος λήψεται αὐτούς, καὶ καταιγὶς διασπερεῖ αὐτούς. σὺ δὲ εὐφρανθήσῃ ἐν τοῖς
17 ἁγίοις Ἰσραήλ. Καὶ ἀγαλλιάσονται οἱ πτωχοὶ καὶ οἱ ἐνδεεῖς. ζητήσουσι γὰρ ὕδωρ, καὶ οὐκ ἔσται, ἡ γλῶσσα αὐτῶν ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη. ἐγὼ κύριος ὁ θεός, ἐγὼ ἐπακούσομαι ὁ θεὸς Ἰσραήλ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω αὐτούς,

Quis suscitavit de Oriente justitiam, vocavit eam ad pedes suos; 2
& vadit? Dabit in conspectu gentium, & reges obstupefaciet: & dabit in terram gladios eorum, & sicut stipulas projectas, arcus eorum: Et persequetur eos: transi- 3
bit in pace via pedum ejus. Quis 4
operatus est, & fecit hæc? vocavit eam, qui vocat eam, à generationum principio. Ego Deus primus, et in ea quæ ventura sunt, ego sum.
Viderunt gentes, et timuerunt: ter- 5
mini (b) terræ accesserunt, & venerunt simul, Judicans unusquis- 6
que proximo, & fratri ad auxiliandum: & dicet; Prævaluit vir 7
artifex, & ærarius percutiens malleo, simul producens: aliquando quidem dicet; (c) Solidatio bona est: confortaverunt ea, in clavis ponent ea, & non movebuntur. Tu 8
autem Israel, puer meus Jacob (d) & quem elegi, (e) semen Abraam, quem dilexi, Quem assumpsi ab 9
extremis terræ, Et à summitatibus ejus vocavi te: & dixi tibi; Puer meus es: elegi te, et non dereliqui te: Noli timere, tecum enim sum: 10
non (f) fallo. Ego enim sum Deus tuus, qui confortavi te, et auxiliatus sum tibi, et roboravi te dexterâ justâ meâ. Ecce confundentur, 11
et erubescent omnes adversarii tui: erunt enim quasi non sint, et peribunt omnes inimici tui. Quæres 12
eos, et non invenies, homines qui insanient in te. Erunt enim quasi non sint: et non erunt pugnantes adversùs te: Quia ego Deus tuus, 13
qui teneo dexteram tuam, qui dico tibi; Ne timeas (g) Jacob, parvule 14
Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Deus tuus, qui redimo te Israel. Ecce feci te quasi rotas plaustri 15
triturantes novas in serrarum modum: et triturabis montes, et comminues colles, et ut pulverem pones, Et ventilabis: et ventus au- 16
feret eos: et tempestas disperget illos. Tu autem lætaberis in Sanctis Israel: Et exultabunt pauperes, et 17
inopes. Quærent enim aquam: et non erit: lingua eorum præ siti exaruit. Ego Dominus Deus, ego exaudiam Deus Israel: et non derelinquam eos:

MS.A. (β) πορεύσεται; (γ) καὶ διελεύσεται (δ) ἦλθοσαν (·) πότε (ε) ὃν ἐξελεξάμην (ζ) θεὸς ὁ κρατῶν (η) ὁ θεὸς ὁ λυτρούμενος (θ) πειστηροειδεῖς, (ι) χοῦν

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

מן איתי בגלאי ממדנחא אברהם בחיר צדיקיא בקשוט קרביה לאתריה מסר קדמוהי 2
עממין ומלכין תקיפין תבר רמא כעפרא קטולין קדם חרביה כקשא רדופין קדם
קשתיה: רדפנון עדא שלם חילת אורח ברגלוהי לא עלת: מן אמר אלין קים אמר 3
ועביד וסדר דריא מלקדמין אנא יי בריית עלמא מבראשית אף עלמי עלמיא דילי אנון 4
בר מני לית אלהא: חזו נגותא ודחילו דבסיפי ארעא זועו יתקרבון וייתון: גבר ית 5
חבריה יסעדון ולאחוהי יימר תקיף: הלא יבהתון בעובדיהון דמתקיף נגרא עם קנאה 6 7
מחי בפטישא עם דמטפח בקורנסא ומנא אמר על דבקא תקין הוא ומתקיף ליה
במסמרין דלא יצטלי: ואת ישראל עבדי יעקב דאתרעיתי בך זרעיה דאברהם רחימי: 8
דקריבתך מזרעית ארעא ומטלכותא בחרתך ואמרית לך עבדי את אתרעיתי בך ולא 9
ארחקנך: לא תדחל ארי בסעדך מימרי לא תתבר ארי אנא אלהך אתקפנך אף אסעדנך 10
אף אחדנך בימין קושטי: הא יבהתון ויתכנעון כל עממיא דהוו מתגרין בך יהון כלמא 11
ויבדון אנשי דינך: תבענון ולא תשכחנון לאנשי מצותך יהון כלמא וכלא מדעם גברין 12
דהוו מתגרין למעבד עמך קרב: ארי אנא יי אלהך מתקיף ימינך דאמרית לך לא תדחל 13
מימרי בסעדך: לא תדחלון שבטיא דבית יעקב זרעיתא דישראל מימרי בסעדכון אמר 14
יי ופריקכון קדישא דישראל: הא שויתיכון למורג תקיף חדת מלי סמפורין תקטיל 15
עממיא ותשיצי ומלכותא כמוצא תשוי: תדרינון ורוחא תטלנון ומימריה כעלעולא 16
לקשא יבדר יתהון ואת תבוע במימרא דיי בקדישא דישראל תשתבח: ענותניא 17
וחשיכיא דמחמדין לאולפנא הא כצחיא למיא ולא משכחין רוחיהון בסגופא משלהיא
אנא יי אקביל צלותהון אלהא דישראל לא ארחקנון:

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

Quis adduxit publicè ab Oriente Abrahã, electũ justorũ in veritate accivit 2
in locũ suũ, tradidit in conspectu ejus populos, & reges fortes contrivit, projecit quasi pulveré interfectores ante gladiũ ejus, & quasi stipulã propulsos ante arcum ejus? Persequebatur eos, transivit in pace: virtus itineris in pedes 3
ejus non introivit. Qui dixit hæc, confirmavit ea; dixit & fecit qui ordina- 4
vit generationes à principio. Ego Dñs creavi seculũ à principio; etiã secula seculorũ mea sunt, & absq; me non est Deus. Viderunt insulæ, & timuerunt; 5
& qui in extremis terræ sunt, contremiscent, appropinquabunt & venient. 6
Unusquisq; proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, Confortare. Nónne 7
confundentur in operibus suis? quòd fortificat faber cum aurifice, percutiens malleo cum eo qui concutit malleolo, demũ dicit, Solidationi aptũ est: & fortificat illud clavis ut non commoveatur. Et tu Israel serve mi Jacob quem 8
elegi, semen Abrahæ dilecti mei: Quem adjunxi de cognationibus terræ, & 9
de regnis elegi te: & dixi tibi, Servus meus es tu, elegi te & non abjiciam te. Ne timeas, quia in adjutoriũ tuũ erit Verbum meũ: ne frangaris, quo- 10
niam ego Deus tuus: confortavi te & auxiliatus sum tibi; etiam prehendam te dextera veritatis mea. Ecce confundentur & erubescent oẽs populi qui irru- 11
ebant in te; erunt quasi nihilũ, & peribũt viri judicii tui. Quæres eos, & non 12
invenies viros objurgantes adversũ te; erunt quasi non sint, & quasi nihilũ viri qui irruebant ut pugnarent contra te. Quoniam ego Dñs Deus tuus, 13
confortans manũ dexteram tuam: qui dico tibi, Ne timeas, quia Verbũ meũ est in adjutorium tuum. Ne timeatis tribus domus Jacob; cognationes 14
Israel; Verbum meum est in auxilium vestrum, dicit Dñs & redemptor vester sanctus Israel. Ecce posui vos quasi tribulam fortem novam plenam 15
dentibus: occides populos, & consumes regna; quasi stipulam pones eos. Disperges eos, & ventus abripiet eos; & Verbum ejus disperget eos quasi 16
turbo stipulas. Tu autem exultabis in verbo Dñi; & in sancto Israel laudaberis. Humiles & pauperes qui desiderant doctrinam sicut sitiens aquam, 17
& non inveniunt; spiritus eorum in afflictione fatiscit: ego Dñs suscipiam orationem eorum, Deus Israel non abjiciam eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܡܢܘ ܐܥܝܪ ܙܕܝܩܘܬܐ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܘܩܪܝܗ ܠܪܓܠܗ. ܢܬܠ ܩܕܡܘܗܝ ܥܡܡܐ. 2
ܘܡܠܟܐ ܢܬܕܡܪܘܢ. ܢܬܠ ܐܝܟ ܚܠܐ ܣܝܦܗ. ܘܐܝܟ ܩܫܐ ܕܦܪܚ ܩܫܬܗ. * ܢܪܕܘܦ 3
ܐܢܘܢ ܘܢܫܠܡ ܫܠܡܐ. ܘܐܘܪܚܐ ܒܪܓܠܘܗܝ ܠܐ ܢܥܠ. * ܡܢܘ ܥܒܕ ܘܣܥܪ. ܡܢ ܩܪܐ ܕܪܐ 4
ܡܢ ܫܘܪܝܐ. ܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܩܕܡܝܐ. ܘܥܡ ܐܚܪܝܐ. ܐܢܐ ܐܢܐ. * ܚܙܘ ܓܙܪܬܐ ܘܕܚܠܘ 5
ܣܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ. ܙܥܘ ܘܩܪܒܘ ܘܐܬܘ. * ܓܒܪ ܠܚܒܪܗ ܢܥܕܪܝܘܗܝ. ܘܠܐܚܘܗܝ ܢܐܡܪ 6
ܐܬܚܝܠ. * ܘܐܠܒܫ ܢܓܪܐ ܠܨܐܘܦܐ. ܕܢܩܫ ܦܛܘܫܐ ܘܥܪܩ. ܘܐܡܪ ܥܠ ܕܘܒܩܐ 7
ܕܫܦܝܪ ܗܘ. ܘܐܚܝܕܘܗܝ ܒܡܣܡܪܐ. ܕܠܐ ܢܬܙܝܥ. * ܘܐܢܬ ܝܣܪܝܠ ܥܒܕܝ. ܝܥܩܘܒ 8
ܕܓܒܝܬܟ. ܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ ܪܚܡܝ. ܕܐܚܕܬܟ. * ܕܡܢ ܣܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ. ܘܡܢ ܪܘܡܝܗ 9
ܩܪܝܬܟ. ܘܐܡܪܬ ܠܟ. ܥܒܕܝ ܐܢܬ. ܓܒܝܬܟ. ܘܠܐ ܐܣܠܝܬܟ. * ܠܐ ܬܕܚܠ. ܕܥܡܟ 10
ܐܢܐ. ܘܠܐ ܬܬܪܗܒ. ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܟ. ܐܚܝܠܬܟ. ܐܦ ܥܕܪܬܟ. ܐܦ
ܣܡܟܬܟ ܒܝܡܝܢܐ ܕܙܕܝܩܘܬܝ. * ܢܒܗܬܘܢ. ܘܢܬܟܠܡܘܢ. ܟܠܗܘܢ ܕܡܬܚܪܝܢ ܥܡܟ. 11
ܢܗܘܘܢ ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ. ܘܢܐܒܕܘܢ ܓܒܪܐ ܕܢܦܩܝܢ ܥܡܟ. * ܬܒܥܐ ܐܢܘܢ. ܘܠܐ ܬܫܟܚ ܐܢܘܢ. 12
ܠܓܒܪܐ ܕܢܦܩܝܢ ܥܡܟ. ܢܗܘܘܢ. ܐܝܟ ܠܐ ܢܗܘܘܢ. ܓܒܪܐ ܕܡܬܟܬܫܝܢ ܥܡܟ.
* ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܡܚܝܠܢܐ ܕܝܡܝܢܟ. ܕܐܡܪ ܠܟ. ܠܐ ܬܕܚܠ. ܐܢܐ ܐܢܐ 13
ܥܕܘܪܟ. * ܠܐ ܬܕܚܠ ܬܘܠܥܐ ܕܝܥܩܘܒ. ܘܩܠܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܐܢܐ ܐܢܐ ܥܕܘܪܟ 14
ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܘܦܪܘܩܟ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. * ܗܐ ܥܒܕܬܟ. ܐܝܟ ܥܓܠܬܐ ܚܕܬܐ ܕܕܝܫܐ 15
ܘܡܦܫܐ. ܬܕܘܫ ܛܘܪܐ. ܘܬܦܫ. ܘܪܡܬܐ ܐܝܟ ܥܘܪܐ ܬܥܒܕ. * ܬܕܪܐ ܐܢܘܢ. ܘܥܠܥܠܐ ܬܒܕܪ 16
ܐܢܘܢ. ܘܐܢܬ ܬܚܕܐ ܒܡܪܝܐ. ܘܒܩܕܝܫܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܬܫܬܒܗܪ. * ܡܣܟܢܐ ܘܒܨܝܪܐ 17
ܕܒܥܝܢ ܡܝܐ ܘܠܝܬ. ܘܠܫܢܗܘܢ ܒܨܗܝܐ ܝܒܫ. ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܥܢܐ ܐܢܘܢ. ܐܠܗܗ
ܕܐܝܣܪܝܠ. ܘܠܐ ܐܫܒܘܩ ܐܢܘܢ.

Quis excitavit justitiam ab Oriente, & vo- 2
cavit eam ad pedem suum? cedant coram eo populi, & reges obstupescant: similem reddet pulveri gladium ejus, (eorum,) & similem stipulæ labenti arcum ejus. Persequetur eos, 3
& restituet pacem, & viam pedibus suis non introducet. Quis disposuit, ac fecit? qui 4
secula vocavit ab initio: ego sum Dominus, primus, & ultimus ego sum. Viderunt me 5
insulæ, & timuerunt extrema terræ; timuerunt, accesserunt, & venerunt. Quisque so- 6
cium suum adjuvat, & fratri suo dicit; Forti sis animo. Faber lignarius animum dat au- 7
rifici qui malleo tundit ac desudat, dicitque de glutine quòd sit optimum; & firmant illud clavis, ne moveatur. Itaque Israel serve 8
meus, Jacob quem elegi, semen Abrahæ amici mei, quod roboravi. Quod ab extremis 9
terræ & editioribus locis ejus vocavi, dixique tibi; Servus meus es, elegi te, nec spernam te: Ne timeas, quia tecum sum; & ne ter- 10
rearis, quia ego sum Deus tuus: corroborabo te, & opem feram tibi, fulciámque te dexterâ justâ meâ. Rubore & ignominiâ 11
